

tertiarii Carmelitanis; refert ex B. Angela de Arena. Quod cum predicta Angela veller tertiariorum fieri alterius Ordinis in antecedenti nocte apparuit illi scala, celos tangens summitate & imo terram iuxta quam erant duo sancti Ordinis Carmelitarum, qui dixerunt ei, si vis per hanc scalam ascendere, sume habitum tertiariorum B. Virginis de Monte Carmeli, sumpsit illa, & cum maxima sanctitatis opinione obiit in Sicilia. Ioannes Baptista Confertius in penultimo, cap. expresse agit de tertiaris Carmelitanis Gadalzara in suo Thesauro spirituali, cap. 3. affirmat sanctum Ludovicum Regem galliarum Tertiarium fuisse quatuor Ordinum Mendicantium, Pellizarius tom. 2. tract. 8. cap. 5. nu. 12. M. Fr. Didacus Corca; Hyspali librum impressum anno 1562. de Tertiaris Carmelitarum, ubi agit de eorum regula, ac privilegiis, & de eisdem aliud volumen edidit R. M. Fr. Theodorus Stharchius Roma impressum approbante Mag. sacri Palatii; sicut eadem approbatione M. Lezana tom. 1. cap. 3. num. 8. & tom. 2. cap. 14. per totum, & in Mari Magno Carmelitarum ad Bullam Sixti IV. num. 83; Fr. Emmanuel Roman, in suis lucidationibus tract. 1. cap. 19. prope finem, F. Petrus à Cruce Zufarre, & Fr. Ioannes Bonus, & quilibet in peculiari libro de Tertiaris.

Confert.
Gudalaza.
Pellizar.
Corca.
Stharchius.
Lezana.
Roman.
Petr. Zufarr.
Joan. Bon.
26.

Tandem cum circa annum 1630. maxime florere cepisset Tertiariorum Ordo Fratrum B. Virg. Mariæ de monte Carmelo, quidam Religiosi sese opposuerunt asserentes talem Tertiariorum Ordinem de Monte Carmeli, non dari. Tunc res deducta est ad Illustrissimum Dominum Collectorem Apostolicum Laurentium Tramallo, & iudicibus datis, causa profundissime examinata, ac discussa in iudicio contradictorio sententia Apostolica prolata est pro Tertiaris Carmelitanis.

SENTENTIA APOSTOLICA.

Quod Religio Beatissime Virginis de Monte Carmelo habet Fratres, & Sorores Tertii Ordinis de Penitentia, Christi nomine invocato.

Vitis presentibus actibus, simul cum petitione Ministri, ac aliorum Fratrum Tertii Ordinis Seraphici Patris Sancti Francisci, simulque responsione data Religiosorum Beatissime Virginis Mariæ Montis Carmeli, simulque rationibus pro utraque parte adductis, demonstratur intendere dictum Ministrum, cum suis Fratribus adjunctis impedire in dicta Religione Carmelitana dari dictum Ordinem Tertiariorum, qui nec de presenti detur, nec in futurum sit, qui valeat equiparari illis supplicantibus, nec posse habere idem Ordinis nomen; ac verò ex altera parte Religiosis B. Virginis de Monte Carmelo allegatur habere Ordinem Tertiariorum tam virorum quam mulierum, ex gratia Apostolica concessum, ut constat ex Bulla, ac indulto Sixti IV. quo optime magna indagine examinato, ac considerato, maximeque illius verborum tenore perpenso, & magnopere examinata materia, de qua agitur, multumque attentata omni iuris dispositione, Pronunciamus, decernimus,

ac declaramus Religionem Beatissimæ Virg. Mariæ de Monte Carmelo, posse habere fraternitatem, seu Ordinem Tertiariorum tam virorum, quam mulierum, eisdem præminentis, gratiis, ac privilegiis, quæ habet fraternitas Tertiariorum Ordinis sancti Francisci, eodemque nomine Ordinis uti, prout secundum jus ei potest convenire; & etiam poterunt prædicti uti verbo confraternitatis, in libro, de quo agitur typis mandando; quamvis tamen lato modo, & improprie hæc fraternitas possit appellari ordo, cum tamen proprie non sit ordo, cum non habeat propriam regulam, sed tantum certum vivendi modum, approbatum à sancta Sede Apostolica, ut colligitur ex Glossis, quæ in hac materia, ut maxime notatu dignæ habentur, Clementina cum ex eo, verb. Terr. de sententia excommunicacionis; & ex Clementina de Religiosis domibus verb. Obedientiam, in 6. Ex causa sine expensis datum Ulysipponne die 31. mensis Augusti anno 1630.

Petrus Antonius de Marchis Auditor Apostolicus.

Doctor Franciscus da Motta Pefoa.

Et cum hæc sententia esset pronuntiata, ac publicata in publica audientia in Tribunali Illustrissimi Domini Collectoris Apostolici ab ea appellatum est à Ministro, ac cæteris Fratribus Tertii Ordinis, Reverendus admodum Apostolicus Auditor eorum appellationem acceptavit, dummodo intra tempus constitutum, vel in primo, secundo, seu tertio actu, seu fatali, ut dicitur, producerent causam suam appellationis iuxta ordinationem sui tribunalis Apostolici, ipsi verò appellantes cum bene agnovissent se in iure nullum habere subterfugium, nihil produxerunt; cum ergo pertransissent prædicti termini, & insuper multum tempus supra id, quod iura concedunt ad prosequendam appellationem nihil esset productum, ideo Dominus Auditor cum suo Collega auctoritate Apostolica secundam sententiam protulerunt, declarantes prædictam appellationem fuisse nullam, & nullius valoris, simulque esse desertam, ac derelictam, primamque sententiam datam esse validam, ac firmam in toto suo robore, sicque liberè evulgari posse, & ab omnibus sic tenendum esse, datum Ulysipponne die 6. Maii anno 1631.

QUESTIO V.

De gratiis, ac indulgentiis, & privilegiis, quibus gaudent Tertiaris.

SUMMARIUM.

- 29 Ampla concessio pro Tertiaris data à Sixto IV.
- Aliquæ conditiones ad talia privilegia obtinenda, quid de Beatissimis.
- 30 Magno gratiarum, ac indulgentiarum thesauro fruuntur.
- 31 Valent recitari officia de sancti Ordinis.
- 32 Tempore interdicti admittuntur ad divina, & sepulturam Ecclesiasticam.
- 33 Prædicti tertiaris habitantes in suis propriis domibus

- domibus subijciuntur Ordinariis.
- 34 Tertiaris, si gessent habitum Religionis, volentes castitatem, & gregatim viventes, gaudent privilegio canonis.
- 35 Tertiaris saculares habitantes in suis domibus non gaudent privilegio canonis.

29.
Sixtus IV.

Notis Tertiaris Carmelitanis magnam, & amplam concessione dedit Sixtus IV. in sua Bulla Dum attenda, num. 84. citata superioris quæstione, dum ait: *Ut gaudent possessione, & debeant tam exemptionis privilegio, quam omnibus immunitatibus, libertatibus, indulgentiis, & aliis privilegiis quibuscumque prefato Ordini Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmelo, ejusque Fratrum, ac personis per sedem Apostolicam iam concessis, & que in posterum concedentur.* Quod etiam multi Pontifices concesserunt Tertiaris aliorum Ordinum, ut patet ex dictis quæst. 3. Prædicti Tertiaris, ac Tertiarie, ut tantis privilegiis gaudeant, aliquæ conditiones requiruntur à Sacra Congregatione Episcoporum anno 1616. Prima est, ut honeste vivant, bonisque moribus sint ornatae tales personæ. Secunda, quod sint in bona, ac sufficienti ætate. Tertia, quod habeant unde sufficienter, ac honestè vivant. Quod verò ad Beatas, quæ habitum oblongum portant, requiritur quod sint quadraginta annorum, & ut habitent in suis domibus, sine viris, & ad plurimum cum consanguineis. De quo M. Lezana tom. 2. cap. 14. num. 40.

S. Congreg.

Lezana.
30.
Gratia & indulgentia.

Festum commemorationis.

31.

Officium Carmelitanum recitandum.

Magna gratiarum, ac indulgentiarum copia, & illa valde peculiari, ac insigni de Bulla Sabbatina, dum eorum animæ igne purgatorio expiantur; prima die Sabbathi, post eorum mortem, Sanctissima Virgine auxiliante, ac patrocinante, ut de ejus summa benignitate pie creditur, transferuntur in celestem patriam, ut referuntur Lectione quinta die 16. Julii in festo commemorationis B. Virg. Mariæ; est alius amplissimus gratiarum thesaurus, ut habetur in nostra Bulla, quæ circumfertur, & ideo omitto eas hic recensere.

Concedit etiam Pontifex ipsis Tertiaris; ut gaudent possint, & debeant privilegiis quibuscumque prefato Ordini per Sedem Apostolicam Dei Genitricis Mariæ de monte Carmelo, concessis, & in posterum concedendis. Proindeque iudicio gravissimorum Doctorum, valent recitari officia propria nostrorum sanctorum ut sunt in Breviario Carmelitano; ac proinde Officium Beate Virg. Mariæ ut solemsi commemoratione die 16. Julii Officium S. Elisei, Elisei, sancti Alberti, sancti Angeli, S. Theresæ, sanctæ Mariæ Magdalene de Pazzi, ac aliorum sanctorum nostri Ordinis, cum suis octavis. Item in omni Sabbatho tam in adventu, quam in quadragesima, ut nobis concessit sacra Congregatio, officium B. Virginis Mariæ ut semiduplex, tanquam in commemoratione solemnium Julii; valent etiam in omnibus feriis, quinis, etiam in adventu, & quadragesima; non impedijs alio festo novem lectionum, ut nobis concessit Sacra Congregatio, recitare officium de sanctissimo Sacramento; & inde hæc concessio sacra Congregationis ampliatur; concessit etiam eadem sacra Congregatio, quod si Sabbatum, vel feria quinta essent, impedita festo novem le-

S. Congreg.

tionum, & in dicta hebdomada esset aliqua dies, vel aliqui dies non impediti tali festo novem lectionum, tunc in ipso, vel in ipsis poterit recitare officium de B. Virgine, ac Divinissimo Sacramento.

Tempore Interdicti admittuntur ad divina, dummodo interdictio causam non dederint, nec ipsam foveant, & nutriant, ut bene colligitur ex Bulla Leonis X. supra citâ Lezana tom. 2. cap. 14. num. 36. Tales Tertiaris, & Tertiarie sepeliuntur in Ecclesiis suorum Ordinum, nisi ipsi eligant sepulturam, quod deducitur etiam ex Bulla Leonis X. in Concilio Lateranensi, ubi ait Pontifex, quod ipsi valent eligere sepulturam, ubi voluerint, quod positum est, ne existimet quod ipsi debeant necessario sepeliri in Ecclesiis suorum Ordinum. Casarubius in compendio privilegiorum Casarub. Mendicantium verb. mulieres num. 6. & 7. Pellizar. tom. 2. tract. 8. cap. 5. nu. 171.

Prædicti Tertiaris, & Tertiarie, in propriis domibus habitantes, subijciuntur Ordinariis, & foro sacrali, & in Paschate recipiunt Sacramentum Eucharistiæ à manu Parochi, sicut & extremam unctionem, & alia Sacramenta, excepta penitentia, hæc omnia declaravit Leo X. in Concilio Lateranensi in Bulla dum intra mensis die 19. Decembris anno 1516, & habetur in primo tom. Bullarum inter Bullas Leonis X. num. 22. & etiam extant Declarationes Congregationis Episcoporum de hac re, apud Gavantum verb. Tertiaris, num. 1. 2. & 8.

Ultimo dicendum Tertiaris, si tales habitum religiosum gessent, & gregatim, vivant, vel certe (si sint feminae) virginalem calicem, vel castam vidualem vitam decant expresse voto, vel habitu religioso, gaudent privilegio canonis: Si qui suadente, & idem etiam dicendum de oblatis, donatis, mantellatis, corrigiatis, aliisque similibus, si gesserint habitum religiosum, & vici si collegialiter vivant, seu cum claustralibus habitent, sicque à sacra Congregatione declaratum esse restatur Hillucius tract. 1. 5. num. 14. quod etiam confirmat ex usu, praxi, ac consuetudine curiæ Romanæ imò etiam ex iure communi, ut contendit Suar. de censur. disp. 22. sect. 1. nu. 20.

Nam Monachus nomen non solum sumitur pro Religiosis professis, sed etiam pro his personis, quæ sunt participes status Religiosi, suntque personæ Deo dedicate, cujusmodi sunt sine dubio tales Tertiaris, quod idem dicendum sit de oblatis, seu donatis, constat ex privilegio bullato Sixti concessio oblati Carmelitarum, ut refert Casarubius in compend. verb. oblati, num. 2. in hæc verba: *Sixtus IV. concessit quod oblati, & oblata fratrum Carmelitarum, gaudeant privilegiis, & gratiis dicti Ordinis sicut gaudent possunt mulieres Mantellata, & Pizzoche sub dicto Ordine viventes, quibus concessa est posse gaudente omnibus privilegiis Fratrum.* Ex quo bene sequitur, quod prædicti gaudent privilegio Canonis, & alii aliorum Ordinum per viam communicationis, ut notat Bonacina Bonacina disputat. 1. de censur. in particulari, quæst. 16. sect. 1. part. 3. num. 18.

Notat Carillus lib. 1. de Tertiaris cap. 11. quod prædicti Tertiaris extra communicationem gaudent

De interdictio, ac sepultura.

Quoad sacramenta.

Leo X.

Gavantum.

De privilegio canonis.

Hillucius.

Suar.

Navar.

Casarub.

35.

gaudent

De his, qui extra communiam.

Rodrig. Portel.

gaudent privilegio Canonis. Si quis suadente, dummodo portet habitum, juxta decretum assignatum in regula ipsorum, idque probat ex Rodriguez tom. 3. quest. 77. art. 2. & ab his non dissentit Portel. in dubiis Regul. verb. Tertiarii num. 3. ferè ad medium. At vero Tertiarii saculares habitantes in suis domibus, & non portantes habitum Religionis, sed sacularem, secundum communem usum, & praxim non gaudent privilegio Canonis.

QUESTIO VI.

Qualisnam sit modus vivendi Tertiiorum?

SUMMARIUM.

- 36 Quilibet Prior etiam localis, potest dare habitum Tertiiorum sua Religionis, non alterius.
- 37 De Commissario, ac Administratore Tertiiorum. De Regula Tertiiorum, ibid.
- 38 Tertiarii habent habitum proportionatum Religionis, cujus sunt Tertiarii.
- 39 Post elapsam annum faciunt professionem.
- 40 Tertiarii Minorum promittunt servare mandata Dei, & cum tale votum nullam inducat obligationem, non est verè votum.
- 41 Alii Tertiarii promittunt obedientiam, castitatem secundum suum statum, quod votum obligat tantum venialiter. Legislator etiam in materia gravi potest intendere obligare venialiter, ibid.
- 42 Tertiarii, de quibus agitur, si relinquunt suum statum, non sunt Apostata.

36.

Sixtus IV.

Bordon.

37.

Sixtus IV.

Quilibet Prior etiam localis potest dare, ac concedere cuilibet personæ honestæ, ac bonæ, & probatæ vitæ, & parit pro Carmelitanis, ex bulla Sixti IV. & pro aliis etiam Religionibus multas bullas adducit Bordon. Resolut. 58. num. 29. Simul advertens, quod Prior, seu Officialis unius Religionis, verbi gratiâ, Franciscanæ non potest dare habitum Tertiiorum alterius Religionis, verbi gratiâ, Dominicanæ, seu Carmelitanæ, sed unusquisque suæ propriæ Religionis.

Et ait Sixtus IV. in citata Bulla. Dum attenditur num. 84. Concedentes volumus, quod de cetero tam Magistro generali, quam cuilibet dicti Ordinis Officiali & Prioribus dicti Ordinis licitum sit. Cum ait Officiali dicti Ordinis intelligit, quem nos modo appellamus commissarium, quem Martinus V. in bulla Sedis Apostolicæ providentiâ dicit Monitorem, seu Correctorem, Et Innocentius VII. in bulla supra montem Sedis Apostolicæ pro Tertiariis Dominicanis dicit Magistrum Doctorem respectu virorum; Priorissæ, vel superiorissæ, respectu fœminarum. Qui correctores, officiales, seu monitores poterunt aliquos ex ipsis Tertiariis ad se advocare, ad regimen, ac gubernationem totius Ordinis, ex consensu ipsorum Tertiiorum, tamen tota pote-

tas spiritualis recipiendi ad habitum, & admittendi ad professionem est apud ipsum officialem, seu monitorem. Casarubius in compend. Privileg. Mendicant. verb. Tertiarii, n. 24.

Prædicti Tertiarii habent habitum proportionatum secundum ordinem, cujus sunt Tertiarii, inde pro Franciscanis Tertiariis præscripsit Innocentius IV. in Bulla: Supra montem; pro Dominicanis Innocentius VII. Sedis Apostolicæ. Pro Carmelitanis Sixtus IV. in Bulla relata: Dum attenditur. Similiter alii Pontifices, pro Augustinianis servitis, &c. De quorum habitum forma latè agunt R. M. Fr. Theodorus Stratus, M. Fragofo, Petrus à Cruce Suzarte, P. Joannes Bones, qui tres ultimi in peculiari libris in lingua vulgari, ac materna de hoc habitu disserunt, & regulam peculiarem ipsorum Tertiiorum proponunt, & explicant, sicut etiam Abbas Joannes Caramuel tom. 1. Theologicæ Moralit in peculiari tractatu de Tertiariis; advertit tamen Casarubius in Compendio Privilegiorum Mendicantium, verb. Tertiarii, §. Quod ad primum gradum; consuetudinem, vel potius corruptelam, esse apud aliquos.

Post elapsam aliquod tempus, seu annum, prædicti Tertiarii emittunt professionem mulieres Tertiariæ D. Dominici, quæ dicuntur sorores de penitentia, & collegialiter vivunt, & etiam in propriis domibus, & emittunt tria vota simplicia animo se obligandi, juxta constitutionem Julii secundi anno 1509. in Bulla: Considerantes, apud Peirinum tom. 1. Privileg. Minorum Inter Constitutiones Julii II. num. 13. Sic & sororum aliarum Religionum, violantes dicta vota, peccant mortaliter.

Tertiarii autem Minorum, promittunt servare divina præcepta, & satisfacere pro transgressoribus, & cum nullam inducat obligationem, propriè non est votum, Portellus in dubiis Regularibus verb. Tertiarii n. 5. Omne enim verum votum ex natura sua, inducit aliquam obligationem, ut est de fide, & lumine naturali notum, ut testatur Castro Palaus p. 3. tract. 15. disput. 1. punct. 11. num. 1. Nam si fides dara hominibus obligat, & infert aliquam obligationem, quanto magis fides data Deo obligat ex debito fidelitatis; & inde dicitur Deuteron. 23. Facies, sicut promissisti Domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es. Sic etiam votum Minorum non est propriè votum.

Tertiarii autem Carmelitarum, etiam saculares vovent, & promittunt Deo obedientiam, secundum suum statum, quod votum tantum obligat ad veniale. Et ratio est, votum est veluti quadam lex particularis, quam homo sibi imponit; atqui legislator etiam in materia gravi potest leviter, ac venialiter velle obligare; ergo tantum leviter obligabit; ergo etiam & votum ex intentione voventis leviter obligabit; non enim potest obligare ultra intentionem voventis, ita docent, & tenent Navarr. in sumpt. cap. 23. num. 49. Sanch lib. 1. de matrim. disp. 9. n. 6. & in decalogum lib. 6. cap. 4. num. 25. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. de voto, cap. 4. num. 7. & lib. 3. de leg. cap. 27. num. 7. Valentia 1.2. disp. 7. quest. 5. punct. 2. q. 2. Castro lib. 1. de leg. Penal. cap. 5. document. 4. statim principio, Joan. Sanchez disp. 15. n. 16.

38.

Innoc. IV. Innoc. VII.

Sixtus IV.

Stratus. Fragofo. A. Cruce. Bones.

Caramuel.

Casarub.

39.

Julius IX. Peirini.

40.

Portel.

Palaus.

Deuter.

41.

Navarr. Sanchez.

Valentia. Castro. Joan. Sanch.

Salas

Salas. Bonacina. Palaus.

42.

Bañez. Sanchez. Pellizar. Lezana.

Salas de leg. disp. 10. sect. 7. num. 33. Bonacina disp. 1. de leg. quest. 1. punct. 7. §. 4. num. 2. Castro Palaus tom. 1. tract. 2. disputatio 2. punct. 8. num. 4. & tom. 3. tract. 1. §. disp. 1. punct. 11. n. 4. Lessius, & alii.

Ex dictis bene sequitur, quod tales Tertiarii, sive Tertiariæ, de quibus in præfenti agimus, si talem statum deserant, ac habitum relinquunt, & se ipsos matrimonio adjungant, non esse Apostatas; nam Apostata tunc dicitur quando interponit recessus à verò statu Religioso, isti enim Tertiarii, sive Tertiariæ non sunt verè religiosi, ut docent Bañez 2. 2. q. 12. art. 1. concl. 1. Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 8. num. 6. Pellizar. tom. 2. tract. 8. cap. 8. num. 44. bene tamen advertit M. Lezana tom. 2. cap. 14. num. 23. Quod prædicti Tertiarii, seu Tertiariæ, peccabunt, tum contra votum simplex castitatis, si illo absolute emisso matrimonium contraxerint; tum etiam in dimissione habitus, si illum in professione facta, semper gestare promiserunt.



RESOLUT. XXXIX.

De Interdicto.

QUESTIO UNICA.

Utrum quando interdicatur aliqua Parochia, Monasteria, quæ sunt in ejus ambitu Interdicto subiaceant?

SUMMARIUM.

- 1 Causa hujus consulti.
- 2 Monasteria Religiosorum, interdicta Parochia, quæ sunt in ejus districtu, non astringuntur interdicto, nisi quando Cathedralis, vel Matrice, seu Parochialis, unica loci observat.
- 3 Privilegia Religionum ad non observanda interdicta, & n. 4. & 5.
- 6 Ex Clementina Religiosi non tenentur observare interdictum juxta Concilia.
- 7 Expenditur distributio Clementina.
- 8 Corroboratur auctoritate Doctorum.
- 9 Ponitur, & solvitur argumentum, & nam. 10. 11. & 12.
- 13 Concilium Tridentinum citato loco non derogat privilegio Religionum.
- 14 Fundamentum prædictæ sententiæ, & nam. 15. & 16. Privilegia remuneratoria non derogantur per clausulas generales, ibid.
- 17 Secundò dic ad Concilium, legi tantum de Interdicto Generali.
- 18 Ponitur primum, & secundum fundamentum prædictæ Resolutionis, & n. 19.
- 20 Referitur sententia P. Hinojosa cum multis privilegiis.
- 21 Usus, & consuetudo sacrarum Religionum de non observando Interdicto speciali, & nam. 21.
- 22 Usus, ac consuetudo habet vim ad interpretandam legem.

24 In dubio de validitate privilegii pro illa judicandum.

25 Pro quo multa privilegia habent Religiones.

CUM in hac magna civitate Ulyssipponensi multæ sint Parochiæ, in quarum ambitu etiam sunt multa Religiosorum Monasteria, proindeque interdicta Parochia, Monasteria, quæ in ejus ambitu, & situ continentur tali Interdicti observatione maxime opprimebantur, inde ego feci hoc consulum, quod multis viris sapientissimis, maxime placuit, illic subscripserunt; quam sententiam Fr. Anton. me citato sequitur M. Fr. Antonius à Spiritu sancto; in directorio Confessoris, tract. 12. de Interdict. disp. 5. sect. 1. §. secus, si poneretur Interdictum. Et ita observatum est à multis gravissimis Religionibus.

Dicendum est ergo, quando in una civitate vel oppido sunt multæ Parochiales simul cum Cathedrali, vel matrice, non sufficit, ut ponatur interdictum in una Parochiali, in ejus ambitu, vel districtu, est unum Monasterium Religiosum, tunc tale Monasterium non tenetur observare Interdictum, nisi quando Cathedralis, vel matris illud observat, vel quando in oppido est una tantum Parochialis loci, tunc si talis Parochialis unica loci observat, tunc tenentur Religiosi existentes in tali unica Parochia illud observare, secus nullo modo ut patet ex Clementina statim expendenda, ut multi, & graves Doctores tenent ut statim adducendi.

Supponuntur aliqua.

Supponendum est, quod Ecclesiæ Carmelitarum non possunt interdici, nec ab aliquo legato, nec ab ordinario absque expressa facultate ad imponendum tale interdictum. Ita concessit Sixtus IV. in nostro mari magno, num. 71. ubi agens de nostris Ecclesiis ait: Ne quis absque sedis apostolicæ speciali commissione & auctoritate hujus modi, & aliorum prædecessorum nostrorum, non in genere, sed verbo ad verbum specialem facientem mentionem in personis, domos, loca, aut alia distorum Fratrum B Dei Genitricis de monte Carmelo, bona utpote prorsus exempta aliquas excommunicacionis, suspensionis, & interdicti sententias exercere, aut promulgare presumat. Quæ bulla authentica habetur in hoc Conventu Ulyssipponensi. Et idem concessit Leo X. Fratribus Minoribus, ut refertur in supplemento Ordinis fol. 69. concess. 105. Prædicatoribus Sixti IV. Patribus Societatis, Gregorius XIII. Equitibus sancti Joannis Gregorius IX. ut referunt Rodrig. tom. 2. quest. 109. art. 2. Portel in dub. Reguli. verb. Interdictum. Pellizar. tom. 2. Pellizar.

Quibus privilegiis omnibus fruitur Religio Carmelitana, sicut & aliæ Religiones privilegiis ipsius Carmelitanæ; nam Leo X. concessit in sua Bulla aurea pro Mendicantibus; Duam; in qua cuilibet Ordini Mendicantium concedit omnia privilegia concessa, & concedenda in futurum, omnibus aliis Ordinibus Mendicantibus, ac si expressè, & directè unicuique eorum fuissent concessa quod est communissimum apud Doctores, Decisiones Rotæ

Sixtus IX.

Leo X.

Supplement.

Ordinis.

Sixtus IV.

Greg. XIII.

Greg. IX.

Rodrig.

Portel.

Pellizar.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.

Leo X.